



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

41 Ne verò prætextu dilatae publicationis, eorum obseruatio quoquomodo differri possit, aut impedi, volumus, vt post illorum publicationem in Conuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, cæterosq. quoscunque Fratres præsentés, statim: reliquos vero absentes citra montes, vnius mensis, vltra montes, trium mensium spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42 Insuper mandamus, quòd Generales in singulis Conuentibus citra montes vnius mensis, vltra vero montes, trium mensium cursu Decreta supra dicta publicari faciant, sub pœna priuationis Generalatus, alijsq. arbitrio nostro imponendis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 25. mensis Iunij 1599.

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia duntaxat permissum est, Sanctitas Sua extendi ad Prouincialem decreuit, ita vt Prouincialis ipse ex causa communi totius Prouinciæ duntaxat facultatem huiusmodi facere valeat, declarauitq. pœnam priuationis vocis actiuae, & passiuę contrafacientibus inflictam, Sanctitati Suae reseruatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiã Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romæ die 20. Martij 1601.